

[1]

**Pietas spectata per ignes^a et aquas,
 historico-ideali dramate
 honorI et VenerationI
 DIVI IOANNIS NEPOMVCENI
 affeCtVose proposIta^b**

A Perillustri, Praenobili ac Ingenua suprema grammatices classe
 Oppolii, mense Junio, die ...

PERIOCHE ARGUMENTI

Saeculo aerae Christianae decimo quarto (ut sunt noctuae solis impatiens) splendidissimum Ecclesiae Pragensis lumen, Joannem Nepomucenum ad S. Vitum Canonicum, quod sacram Joannae Reginae confessionem sibi aperire constanter detrectaret, inter Moldavae undas extingvere tentavit zelotypus Rex Wenceslaus, cognomeno Piger; at Coelestes flammae et intumescentes circum aquae, ab attactu sacri corporis velut prohibitae, magis conspicuum reddidere. Ita fere P. Balbinus in processu canonizationis, Summarium, n. 7.^c Reliqua poësis, cui pro ulteriori fundamento est nuperrima gloriosi Martyris canonizatio.

PRAELUDIUM PARTIS I.

Pietas et Silentium detriumphatis vitiis sibi oppositis Joannem Nepomucenum coro-
nant, hoc rosis ut Martyrem, illa stellis ut Mariophilum.

PARS I. HISTORICA

INDUCTIO I.

Wenceslaus Piger recrudescente furore ultimum ad se acciri Joannem jubet.

INDUCTIO II.

Sed ad Thaumaturgam Veteroboleslaviensem abiisse intelligit et continuo satellites
ablegat, qui reducem de ponte agant praecipitem.

Titulus per ignes] seq. *inter lineas* Ovid. 4. Fast. PS.

^a *Inter lineas* Ovid 4. Fast. – Ovidius, Fasti 4,37–38: *Hinc satus Aeneas; pietas spectata, per ignes / sacra patremque humeris, altera sacra, tulit.*

^b Chronogram = 1729.

^c *Acta utriusque processus*, 1722, s. 61–68.

INDUCTIO III.

Philotheus et Siopus, aulae impietatem detestantes, obviam procedunt Joanni.

INDUCTIO IV.

Exultant voluptatum mancipia ob nascituram sibi ex morte Joannis quidvis agendi licentiam, milites necem meditantur.

[2]

INDUCTIO V.

Redit Joannes a Martyrum fortitudine,^d Maria, et ut martyrii desiderio ardet, in Moldavam praecipitatur, festivis stellarum ignibus celebrandus.

CHORUS

Stellis tanquam coeli oculis subscrimit sacram psalmistae carmen: *Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum Ejus*. Psalmus 115.^e Idque symbolice repraesentat.

PRAELUDIUM PARTIS II.

Triton emergens Moldava, seposito conchae buccinatoriae cornu, tubam Famae arripit et Joannis Nepomuceni gloriam vulgat orbis fluminibus.

PARS II. IDEALIS**INDUCTIO I.**

Stelleo jubare decorum Moldavam mirantur Albis, Sazava, Egra, fluvii conterranei.

INDUCTIO II.

Inde Tyberi Romano rei novitatem aperiunt, venientibus ultro in testes quatuor elementis.

INDUCTIO III.

Tyberis Joannaeae sanctitatis famam in omnem orbis partem diffundit, sub annulo Piscatoris Benedicti XIII., cuius gentilitia rosa rosis martyrii et silentii, stella vero stellarum honori suffragatur.

INDUCTIO IV.

Moldava imprimis de novo decore sibi gratulatur, accitis in partem gaudii praecipuis regionum fluminibus.

^d Bonaventura de Bagnoreggio, hymnus Te, Matrem Dei, laudamus: [...] *Tu fortitudo Martyrum*; cf. další podobné mariánské invokace v litaniích, Litaniae Dominae nostrae Dolorum: *fortitudo debilium*, [...] *crona Martyrum*; Litaniae Lauretanae: [...] *Regina Martyrum*.

^e Ps 115,15: *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius* (Weber/Gryson – iuxta LXX emendatus); *gloriosa in conspectu Domini mors sanctorum eius* (Weber/Gryson – iuxta Hebraicum translatus).

INDUCTIO V.

Quae totius orbis personas sustinendo Joannem Nepomucenum, ut suum in Coelis Patronum, devenerantur.

EPILOGUS

Votivus fluviorum strepitus applaudit neocanonizato Joanni Virgiliano chromate: *Fluvios dum piscis amabit, semper honos nomenque tuum laudesque manebunt.* Ecloga 5.^f

A. M. D. G.



Sv. Jan Nepomucký odmítá králi vyzradit zpovědní tajemství.

^f Vergilius, Bucolica 5,76–78: *Dum iuga montis aper, fluvios dum piscis amabit, / dumque thymo pascentur apes, dum rore cicadae, / semper honos nomenque tuum laudesque manebunt.*